UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Scientia Sanctorum

Collecta Ex Meditationibus Ludovici De Ponte, Joannis Busaei, Joan. Suffren, Juliani Hayneufve, Et Antonii Gaudier, &c. E Societate Jesu, In Dominicas, Festa & ferias totius Anni digesta. Cum Indicibus duobus. I. In singulos dies. II. Ad Exercitia Spiritualia

Puente, Luis de la

Dilingæ, 1685

7. De excellentia vitæ mixtæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-60561

Visual Library

2. Non impedit. *Cant.* 2. 7. &c. 3. 5. ſtituto revocari. Deinde vult, ut à conſuetis ejus vitæ exercitationibus, per tempora diſtributis, nullo modo patiantur ſe impediri, aut diſtrahi, quovis alio prætextu meliorum. Nam in ipſos dicitur, ſponſo, *Ne ſuſcitetis, nec evigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit.* Volet autem, quando id eſſe voluntatis divinæ, ex obedientia intelliget. Denique Deus nunquam auferet hanc partem ab eo, cui ſemel contulit, ſed eandem perficiet in æternitate, ubi ceſſante actione toti Deo vacabimus, amabimus, & laudabimus, ut dicit Auguſtinus.

2. Nunquã aufert. *De Civit. in fine.*

CAPUT VII.

De vitæ mixtæ excellentia.

MIxta eſt, quæ contemplationi addit actionem, cujus vitæ mixtæ reſpectu contemplativam ſolam Dominus vocavit *partem*, quia non eſt totum bonum. Hanc Chriſtus expreſſit, deinde Ioannes Baptiſta, Apoſtoli, Doctores Eccleſiæ, aliique viri ſanctiſſimi ſecuti ſunt. Significata verò eſt in *ſcala Jacob*, per quam *Angeli aſcendebant & deſcendebant.* Utique homines Angelis ſimiles, modò ad cælum per contemplationem ſe attollentes, modò ſe ad terram demittentes, causâ proximos juvandi per opportuna miniſteria. Et quamvis iſta perfectio videatur eſſe paucorum, ut ait Caſſianus; tamen ipſa contemplatio amórque divinus, dum proximi charitatem accendit,

Gen. 28. 12.

Collat. 19. c. 9.

dit, ad actionem inſtigat. Intelligit enim opus eſſe Deo gratiſſimum, cooperari Chriſto in lucro animarum faciendo, próque ipſis vitam ipſam fundere, paratum eſſe. Cæterum ſicut Martha indiget Magdalenæ ſubſidio, ita viciſſim pulchra Rachel (quæ etiam contemplativam deſignat) invidet Liæ lippienti, ſed fæcundæ (quæ eſt activa) clamátque. *Da mihi liberos, alioquin moriar.* Contēplatio ad amorem proximi pellit. *Gen 30. 1.*

Quamobrem Dominum obſecrabo, ut Marthæ obſequium pariter & Mariæ otium tenere valeam, neque me ſollicitudo Marthæ nimia à quiete Magdalenæ diſtrahat, vel hujus ſtudium avocet à ſubſidio proximis ferendo. Oratio.

CAPUT VIII.

Quomodo Chriſtus utramque vitam excellenter conjunxerit.

NOctem contemplationi, diem actioni tribuebat; quod ſignificat Lucas: *Exijt in montem orare, & erat pernoctans in oratione Dei.* Circa quæ verba conſiderare poſſumus Chriſti contemplationis modum, ad imitandum. *Luc. 6. 12.* I. Chriſti oratio.

I. Accedebat paratus, ſepoſitis diſtrahentibus, nam eligebat locum à ſtrepitu ſemotum, montem, tempus quietiſſimum noctis, & ſolus ſecedebat. 2. Diu orationem producebat, ut, qui in illa pernoctabat. Ac ille momento in Deum aſſurgebat, nos autem non niſi multa col- I. Cum præparatione. 2. Longa.